

2 **Blaesus, i.** subs. m. ETYM blaesus¹. DLAT Blaesatus, Blaesius, Blesamius. [FREQ media 54 ^{indicia} 3,2 ^{/d.c.m.} 29-9 LIV] uerbum litterariis textis narratoriis aptum, usibus praecipue doctis, prosa scriptis; saec. I-II ec. magis apparet.

VARIATIO OPERUM		indicia	p/d.c.m. subc.
	narrando	53	9,8
DIACHRONICA	I aec.	8	2,9
	I-II ec.	44	11
	III-V ec.	2	0,21
DIAPHASICA	quotidiana	1	1,7
	media	11	0,8
	docta	42	20
DIATRATICA	litteraria	54	3,9
MODUS	prosa	50	3,4
	uersu	4	2

¶ **a** illustrium uirorum cognomen quoddam • cognomen de varones ilustres, Bleso o Tartamudo [HYPER NOMEN uir] 45-95 STAT Silu 2.3.77. ardua magnamimi reuirescet gloria Blaesi. 80-85 MART Epigr 8.38.10. nomen non sinis interire Blaesi.

b inter quos, in gente Sempronio fuere • entre ellos, pertenecientes a la gens Sempronio, estuvieron **b1** C. Sempronius Blaesus. C. Sempronii Blaesii pater^{→b3}, C. Sempronii Blaesi^{→b5} auus; consul anno 253 aec primo Punico Bello, quo anno triumphauit; item consul anno 244 • Gayo Sempronio Bleso, padre de Gayo Sempronio Bleso^{→b3}, abuelo de Gayo Sempronio Bleso^{→b5}; cónsul en 253 aec durante la Primera Guerra Púnica, en el que obtuvo el triunfo; de nuevo cónsul en 244 350 SOL 27.40. Cn. ... Seruilio C. Sempronio cos. inter haec Syrtium uadosa classem Romanam inpune accipimus perfretasse. 368 EUTR 2.23. Cn. Seruilius Caepio C. Sempronius Blaesus consules cum ducentis sexaginta nauibus ad Africam profecti sunt. 417-418 OROS Hist 4.9.10. Seruilius Caepio et Sempronius Blaesus consules ducentis sexaginta nauibus Africam transgressi uniuersam oram maritimam, quae circa Syrtes iacet, depopulati sunt. INSCR FAST cos Capitol.

b2 Ti. Sempronius Blaesus. quaestor anno 217 aec. secundo Punico bello, quo mortuus est • Tiberio Sempronio Bleso, cuestor en 217 aec. durante la Segunda Guerra Púnica, en que murió 29-9 LIV 22.31.5. ad mille hominum cum Ti. Sempronio Blaeso quaestore amissum.

b3 C. Sempronius Blaesus. C. Sempronii Blaesi^{→b1} filius, C. Sempronii Blaesi^{→b5} pater, tribunus plebis anno 211 aec., legatus anno 210 • Gayo Sempronio Bleso, hijo de Gayo Sempronio Bleso^{→b1}, padre de Gayo Sempronio Bleso^{→b5}; tribuno de la plebe en 211 aec. y legado en 210 29-9 LIV 26.2.7. C. Sempronius Blaesus die dicta Cn. Fuluium ob exercitum in Apulia amissum in contionibus uexabat. 27.6.1. Dictator postquam Romam uenit, C. Sempronium Blaesum legatum ... ad exercitum misit.

b4 P. Sempronius Blaesus. tribunus plebis anno 191 aec., legatus anno 192 • Publio Sempronio Bleso, tribuno de la plebe en 191 aec. y legado en el 192 29-9 LIV 36.39.6. P. Sempronius Blaesus tribunus plebis.

b5 C. Sempronius Blaesus. C. Sempronii Blaesi^{→b1} nepos, C. Sempronii Blaesi^{→b3} filius; aedilis plebis anno 187 aec., praetor Siciliae anno 184, legatus ad Macedones anno 170 • Gayo Sempronio Bleso, nieto de Gayo Sempronio Bleso^{→b1} e hijo de Gayo Sempronio Bleso^{→b3}; edil de la plebe en el año 187 aec., pretor en Sicilia en 184, legado en Macedonia en 170 29-9 LIV 39.7.10. plebeii ludi ab aedilibus C. Sempronio Blaeso et M. Furio Lusco diem unum instaurati sunt. 39.32.14. C. Sempronius Blaesus A. Terentius Varro praetores facti. 39.38.3. praetores ... C. Sempronius Blaesus Siciliam. 43.4.12. legati duo, C. Sempronius Blaesus Sex. Iulius Caesar, ad restituendos in libertatem Abderitas missi.

c in gente Iunia fuere • en la gens Junia estuvieron • in gens Iunia fuere **c1** Q. Iunius Blaesus. pater Q. Iunii Blaesi^{→c2} et Iunii Blaesi^{→c3}, auus Iunii Blaesi^{→c4} et auunculus Seiani; consul anno 10 ec., item consul suffectus • Quinto Junio Bleso, padre de Q. Junio Bleso^{→c2} y de Junio Bleso^{→c3}, abuelo de Junio Bleso^{→c4} y tío materno de Sejano; cónsul en el año 10 ec. y consul suffectus 116 TAC Ann 3.35. auunculum esse Seiani Blaesum atque eo praeualidum. 3.72. cum Caesar Iunium Blaesum pro consule Africae triumphii insignibus attolleret. 3.74. Tiberius ... id quoque Blaeso tribuit ut imperator a legionibus saluaretur.

c2 Q. Iunius Blaesus. filius Q. Iunii Blaesi^{→c1}, pater Iunii Blaesi^{→c4}, frater Iunii Blaesi^{→c3}, quocum uoluntaria morte anno 36 ec. affectus est; consul suffectus anno 26 ec. • Quinto Junio Bleso, hijo de Q. Junio Bleso^{→c1}, padre de Junio Bleso^{→c4} y hermano de Junio Bleso^{→c3}, junto con el que se suicó en el 36 ec.; cónsul suffectus en el año 26 ec. 116 TAC Ann 1.19. Blaesus multa dicendi arte non per seditionem et turbas desideria militum ad Caesarem ferenda ait. 3.74. ne Cirtensium pagi impune traherentur, propriam manum Blaesus filius duxit. 6.40. duo Blaesi uoluntario exitu cecidere ... Blaesis sacerdotia, integra eorum domo destinata, conuulsa distulerat, tunc ut uacua contulit in alios; quod signum mortis intellexere et executi sunt. INSCR 1-37 EDCS 43900008 Romae. suffectus Quintus Iunius Blaesus.

c3 L. Iunius Blaesus. filius Q. Iunii Blaesi^{→c1}, frater Q. Iunii Blaesi^{→c2}, quocum uoluntaria morte anno 36 ec affectus est; consul suffectus fuerat anno 28 • Lucio Junio Bleso, hijo de Q. Junio Bleso^{→c1} y hermano de Q. Junio Bleso^{→c2}, junto con el que se suicó en el 36 ec; había sido cónsul suffectus en 28 ec. [HYPER NOMEN consul suffectus] 116 TAC Ann 6.40.

c4 Iunius Blaesus. filius Q. Iunii Blaesi^{→c2}, nepos Q. Iunii Blaesi^{→c1}; Galliae Lugdunensis anno 69 ec. rector, Vitelli partis affectauit a quo imperatore interfectus est • Junio Bleso, hijo de Quinto Junio Bleso^{→c2} y nieto de Q. Junio Bleso^{→c1}; gobernador de la Galia Lugdunense en 69 ec., partidario de Vitelio y asesinado por este emperador 105-110 TAC Hist 1.59. Iunius Blaesus, Lugdunensis Galliae rector. 3.38. sciscitanti Vitellio causam apud Caecinam Tuscum epulari multos, praecipuum honore Iunium Blaesum nuntiatur.

d alii • otros • other

d1 Pedius Blaesus. proconsul Cyrenaicae, senatu motus Aesculapii templi furti causa • Pedro Bleso, procónsul de la Cirenaica africana y expulsado del Senado por el robo del templo de Esculapio 116 TAC Ann 14.18. Motus senatu et Pedius Blaesus, accusantibus Cyrenensibus uiolatum ab eo thesaurum Aesculapii.

d2 P. Sallustius Blaesus. frater Arualis quidam • Publio Salustio Bleso, hermano Arval 21-241 ACT Aru a.77.

d3 Velleius Blaesus. uir consularis quidam • Veleyo Bleso, excónsul 96-113 PLIN Epist 2.20.7. Velleius Blaesus ille locuples consularis nouissima uoletudine conflictabatur.